



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Bellum Sacrum Ecclesiae Militantis Contra Turcum  
Communem Hostem Christianorum**

**Vaux, Léonard de**

**Leodii, 1685**

II. Adveniat regnum tuum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64991)

II. *Adveniat regnum tuum.*

**P**er abbreviationem dierum malorum regni iniquissimi Principis hujus mundi, in maligno positi.

Per propagationem regni Christi **JESU**, Ecclesiæ suæ militantis, ut prædicetur Evangelium ejus in universo mundo.

Per gloriosum adventum Regis Regum omnium Judicis, qui reddet unicuique secundum opera ejus: accende in cordibus tuorum, ardentissimum desiderium, videndi Regem Gloriæ, in Throno Majestatis suæ, super omnia ad Patris dexteram exaltatum.

III. *Fiat voluntas tua: sicut in Cælo, & in terra.*

**F**iat in hominibus de terra terrenis peregrinantibus à te voluntas tua, bona, beneplacens, & perfecta; sicut fit in cælestibus intelligentiis, & in animabus beatis: quæ nil volunt nisi quod vis; sicut vis, & quia vis, nihil ultra desiderantes.